

Omne malum mali morsu transiit in orbem,
Omnia sunt iusto noxia facta Deo:
Hinc morbi, cura, caedes, violentia, fraudes
Impia, in humanas exiit ere domos:
Servitium hinc nostrum, hinc sordes, frigus et imbres:
Hinc quod humas sterili semina ludit agro:
Hinc tandem rigida mortis Satanaj furores
Infesti, hinc Divis omnia plena malis.
Talia iustitiae post se fuga damna reliquit:
Nobis ferriculis haec nocumenta dedit.
Sed, Λόγος has hominum lacrimas miseratus acerbas,
Savaej Lernaes facta pericla Dolis,
Fit supplex, patrij suo blandissima verba
Haec fundit, dicens: o mihi chare pater,
Cui par esse subest eademq; potentia et unum
Velle, hominum similis quem quoq; cura tenet,
Tu non ignoras, Stygias detrusa subdandas
Angelici quod sit plurima turba chori,
Dum fidens virtute sua ac mirata nitorem,
Protinus a nobis lumina versa tulit:
Imperium siquidem nostrumq; cepit honores,
Ausu creatori se assimilare suo.
Unde irata dolos nobis et retia tendit
Perfida, nec cessat fraude nocere sua.
Scis etiam ut optebas in corpora solvimus, unde
Principio est nostro numine factus homo,
Qui solus potuit terrae dominari orbem,
Atq; citis nostris colloquioq; frui.
Sed, tulit a nostris animos, et lumina dictis,
Dum vetitae fructus arboris ille capit.
Quum tamen ex propriis peccarint ausibus illi,
Hic est ab astra non nisi captus hydrā,
Illorum posthac esto damnatio major,
At, decet hunc noster cernere quid sit amor:
Namq; suo exilio dignas et crimine poenas
Ad noscitur, lapsus poenitet atq; sili.
Et, licet hinc sceleri prohibet nos debita primo
Poena, tamen lenes hinc amor esse iubet.